

# Aduentus

IS

rato rem in plenitudine gratia, se vis. A docetur. *Tom. 16. serm. Romin. serm. 2.*  
bilem ostensurum; Spiritus autem manus nobilis, apprehendendi vitam in  
sua eternitate & immortalitate desiderium habet. Ideo Deus vita immortalis & ars vitae, sine salvator regenerat nos lumine sapientiae seu artis immortalis ad asequendum ultimum desiderium. Infirmitates spiritus per se solum curabiles, curat per sapientiam, oculo visum, menti intelligentiam, claudio motum, &c. dat. Ideo Iohannes ad Iesum misit discipulos, qui erant partiales pro eo, & nolebant credere Christum esse maiorem, ad Iesum ut viderent ea miracula & in eum crederent. *Excitat. num lib. 7. a pag. 660. ad pag. 661.*

\* RADVLPHI ARDENTIS Homilia ad ea verba, quaecumque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt, &c. Rom. 15. per quæ monet nos ut in aduersis spem habeamus ne nobis sapientes Deo stulti efficiamur; ut in fidei confessione unanimitate seruemus. Deum non solum uno ore sed & uno corde confitentes benedicentes, & honorantes; ut deficienes per charitatem suscipiamus ne subtus cadant, cuius exemplum nobis Christus reliquit. *afol. 8 pag. 1. ad fol. 10. pag. 2.*

Eiusdem, in Euang. Luc. 21. *Exult signa in sole & luna & stellis, &c.* quod primâ dom. lectum est, Homilia, I. Dominus signa Aduentus prænunciauit ut suis qui in hoc mundo lugent essent ad consolacionem, ita reprobis qui hinc consolantur essent ad confusionem. II. Christus ad iudicium non veniet occultus, humilis & mitis; sed apertus, altus, & terribilis. III. In iudicio electi gaudebūt quia mundo finiente, salus æterna quam desiderabant prope erit. IV. Signa prædencia Aduentum Christi arborum fructificationi comparantur, eternitas vero existat, quia fructus mundi ruina est. *fol. 10. p. 2. afol. 14. pag. 1.*

S. THOMÆ AQVINATIS sermo in Euangelium S. Ioannes Baptista ob quatuor commendatur: tres in vinculis esse dicuntur, iustus, impius, & damnatus, eorumque vincula restringuntur; modus ligandis se, vel soluendi

*Dom. 3. Aduent. fol. 3.*

\* B. THOMÆ Villanova Concio

I. in ea verba Evangelij tuas qui renuntias Mætris; II. Misericordia, contentione cum Iudaïs negantibus Iesum esse Messiam; se dictum afferit, quem contentanum & utile fuerit hominibus, ut ad eorum redēptionem unigenitus Dei Filius adueniret. I. ostendit grande fuisse beneficium Dei, quod peccante primo homine, propagandorum filiorum virtus ablata non fuerit. II. Quod tunc propagationem permittens, de remedio prouiderit culpe, & prænuntiauerit III. quærit cur filius Dei, à se ipso pro peccato tantam exegerit penitentiam, & quinque affert rationes: I. ut homo exaltaretur, dum Deus sit homo, & homo Deus. 2. ut dæmon confundetur, spe frustratus; sub hominis protestam, quem dei cedere conabatur, redactus; idque ijs medijs quibus nocere tentauerat. 3. ut peccatum & opera diaboli destruerentur, & ab ijsdem homines deterrenerentur. 4. ut imago Dei deformata in homine per suum prototypum reformaretur. 5. ut homo elongatus à Deo, quem alia via restituere non poterat, per hanc amoris, benevolentiae, familiaritatis & gratiarum, reduceretur. Vbi expedit, quam potens sit hæc via. Denique adjicit etiam totius mysterij causam suis feamorem. *A fol. 9. col. 4. usque ad fol. 12. col. 3.*

Eiusdem sermo 2. circa eadem verba. Initio proponit difficultatem credendi verbi incarnationem ex tribus. I. quod impossibile videatur naturas adeo distantes tam intime viri. 2. quia indecens videtur diuinæ maiestati ad tam vilia deprimi. 3. quia stultitia censor creatorem pro creature mori. Quæ omnia confutat. Deinde huius mysterij incredulitatem ostendit præuenisse Deum Prophetarum oraculis, quorum vetimus fuit Ioannes, qui videns populi duritiam, ut ei mederetur, duos è discipulis ad Christum mittit instruendos. Ad hæc aliam rationem huius missionis reddit, curam suorum

D